



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

Sadoleto, Jacopo

[Francofurti], 1607

IX. Iac. Sadol. Episc. Carpent. Benedocto Accolto S.R.E. Cardinali, S.P.D.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69244)

mibi in te contigit: moriar, ni operam omnem dedero, ut quae
 te amo tantopere coloque non solum tuae erga me benevolentiae
 relatum, sed tuis multis eximijsque virtutibus etiam tribuere
 esse videatur. De Paulo quod me hortaris, ego iam pridem
 ipsum commentor, ut cum mihi socium & adiutorem in
 ecclesiae custodia adsciscam: qui mihi postea successurus sit. Re-
 veritus sum vsque adhuc artem eius: nam de Pontificis quidem
 maximi voluntate erga me, & de tua ope atque opera mihi pro-
 ta, non dubito. Nunc verò cum & annorum latis sit (agitur enim
 tatis quartum & vigesimum) & summum eius ingenium, quo
 mi mores, ac singularis vitae modestia exornet: mature iam in-
 deor posse facere. In quo (ita Deum velim propitium) ut in
 meum de illo iudicium, non tam consanguinitati, & gratiae
 (quanquam ne id, quidem non spectatum est) quam virtuti
 meritis a me tribuitur. Sed de eo re ex alijs malo, quam ex meo
 gnoscere. Illud quod mea valde interest, a te vehementer peto:
 cum nemine adhuc rem hanc communices, habeasque eam
 occultam & tacitam, quoad paratis rebus, tua mihi opera de-
 toritas requiretur. Quod confidis in repub. meliora fore, quae
 quaerimus, utinam quidem ita sit. Ego quid circa
 aut quid expectem nescio: in summo timore verior: nihil parum
 ad succurrendum video, quod quidem validum firmumque
 Fortunae parum habeo fidei: nostris consilij ut valeamus eropere.
 Sed haec quoque, quando ea non sunt muneris nostri, Deo petimus,
 qui vnus omnia potest. Ego superioribus diebus, quando
 morbo graui impeditus, ex quo iam tamen conualecet in acri-
 dedi ad te literas, quibus ad illas tuas respondebam, quae viderent
 me atque ornatissimae pridie Idibus Decemb. datae, secundum me
 & magnas amoris tui significationes, de Helueticis rebus me
 cebant. Quas quoniam vereor ne non tibi fuerit reddere, eodem
 exemplo referri iussi, & ad te mitti: non ea me hercule gratia
 quod illarum iacturam grauius ferendam putem: quippe quae
 iam scripta negligentius (ut ab egrotis sunt) sed ut perirent
 nullum a me tenendi officij, neque amoris mei tibi declarandi
 eam praetermitti. Vale. Carpentoracii, V. Idus Martij, 1534.

IX.

IAC. SADOL. EPISC. CARPENT.

Benedicto Accolto S. R. E. Cardinali, S. P. D.

Cum inter haec haberet Didaeus Mendoza, qui tibi has litteras
 reddidit: adolescens summo quidem inter Hispanos generis
 & loco, & summa nobilitate: sed ingenio etiam & moribus, quae
 maiorum suorum clarissimorum virorum splendore ornatus
 acco.

accidit, ut is mecum diem unum esset, atque in sermonibus. (ut sit) percontanti mihi, quod, & cuius rei gratia hoc ita exis susceperis. Komam inquit, ut bonarum artium studijs ibi operam dem. Quae cum responsio mihi praeter opinionem meam accidisset (suo enim soliti sumus videre ex illis oris ad Urbem istius rei causa venientes) admiratus, perrexi interrogare reliqua. Tum ille mihi animum suum totum aperuit, ita inflammatum ad eas artes & literas, quas nos optimas appellamus, nihil ut fieri posset ardentius. Hic iam non te puto expectare, dum exponam, quo studio benevolentiae studio in illum accensus fuerim. Sum enim quidem semper propensus ad eiusmodi animos omni mea comitate complectendos. Sed tamen iuvenem hunc intuens, amplissimis fortunis, nobilitate eximia, cognationibus maximis, patriam in qua prope dominaretur, & penates suos relinquentem, peregrinantiem in alienas & remotas regiones, nullius rei cupiditatis, praeterquam bonarum literarum causa: crede mihi, sum non mediocriter motus. Itaque tempus eius confutandi & cohortandi non oravi. Laudaui consilium: hortatus sum, ut magno animo incohereret in studia, ad summa contenderet: facile eum si admitteretur, vel partes primas, vel proximas certe adepturum. Quod hoc maiore cum spe faciebam, quod videbam eum sine motu meo ad huc & magistrum, sua ipsi sponte, solo naturae bono, etiam iam adeptum iudicandi facultate, ut Ciceronis imprimis scripta in manibus haberet, ijsque praecipue delectaretur. Sed cum ipse me rogasset, ut ad urbanum aliquem ex meis amicis hominum doctum literas darem, cuius ipse, ad Urbem cum venisset, familiaritate atque amicitia uti posset: occurristi tu continuo, vel ita doctus, ut excellens: vel ita amicus, ut tibi a me non fides solam in euenienda amicitia, sed obseruantia etiam debeatur. Itaque cum ego de te multa locutus sum: dixi quae sentio: ostendi nullquam eo magis, quam apud te, voti sui futurum compotem: propterea quod domus tua talium virorum & praestantium ingeniorum concursu praecipue celebraretur. Annuit gaudens: seque ad te profecturum primo dixit. Qui cum hoc animo istuc veniat, ut tibi sit usquam commensuratus, nihilque omnino aliud abs te praeter benevolentiam tuam exspectat: peto a te mi optime Accolte, ut hanc taliu iuuenem sic recipias in amicitia tua, ut omni ille tua humanitate, quae profecto summa est, ad arbitrium suum, & quod docet quae illi fuerit commodum, perfruatur. Est omnino hoc tuum, & naturae tuae praestantis ac singularis, fauere bonis ingenijs, eaque florentia atque honesta esse velle. Sed quod tua sponte faceres in complectendo atque extollendo hoc adolescente, ut mea quoque causa studiosè magis & significantius facias, id ego te etiam atque usque rogo: imprimisque ut illi eruditorum hominum benevolentiam

tiam concilios, quorum frequentia & copia semper abundat
mus tua. Quod cum feceris, nam facturum non dubito, videri
tibi posse polliceri, tantam te ex adolescentis nobilissimi acq̃
optimi necessitudine, obseruantia, familiaritate, voluptate
esse capturum: vt in quo melius tuam liberalitatem comiter
que adhibeas, non saepe sis reperiturus. Vale. Carpentoracii, XI
Calend. Iunij, M.D.XXXII.

X.

IAC. SADOLETVS EPISC. CARPENT.
Benedicto Accolto S. R. E. Cardinali, S. P. D.

EODEM tempore & de tuo reditu ad Pontificem Maximum
& de patris tui viri clarissimi, hominisque sapientissimi, mor-
te accepi. Quo ego nuntio varie commotus sum. Nam cum velle
mibi letandum arbitrarer, in eis esse iam locis, in quibus tua ce-
cellens virtus & auctoritas, & tibi celebrati atq; laudi: & nobis
qui in fide tua sumus, teq; vehementer colimus, vsui atq; ensol-
mento esse posset: hanc tamen animi mei letitiam obturbabat
illa cogitatio, quod intelligebam te funere domestico, & in
funere, in quo tecum vna magnam ornamentorū & dignitate
sue iacturam fecisset Resp. non priuatis solum in commodis, sed
propē luctu publico commoueri. Talis enim vir profecto amittit
est, vt non solum qui ex stirpe & genere eodem sunt, propriam il-
lud damnū sentiant: sed & nos, qui vobis semper & vestre fami-
liæ dediti fuimus, & omnes boni, vniuersaq; ciuitas, communem
hanc & suam ducat calamitatem. Etenim re vera vnus in inter-
tu sua cuique pars in commodi & detrimenti inuecta est. Quo-
nim erat opis egens atque consilij, cui non esset in illius huma-
nitate & sapientia paratum perfugium: quis in ciuili & pontifi-
cio iure ita hæsitabat, vt eum accepisset cognossetq; illius sen-
tentiam, non ea tanquam oraculo contentus, omnes scrupulos
dubitationum ex animo suo eijceret: quod in illo inaudita que-
dam & propē singularis iuris scientia esse putabatur. Quæ porro
grauitas in eo? quæ auctoritas? qui cum propter summam am-
plitudinem ac dignitatem, omnib. publicis consilijs non intere-
ret solum, verum etiam præesset: propter opinionem tamen pre-
sentia atque consilij id consequeretur, vt non cū alijs multis ve-
na, sed propē solus gubernare Republicam, & eam suis suffe-
nere humeris videretur. Itaq; & illius potissimum monitis ac pre-
sentia nitebantur summi Pontifices, & omnis penē Italia Chris-
tianumq; nomen cunctum consilij eius acq̃rescebat. Sed est
tanto in commodo, meroreq; communi, vnus hominis mors o-
mnibus lugenda est: nos tamen qui propiores illi extimus in
fami-